

Privilegium Henrici Ducis Silesie et Cracovie su,
per molendinum in Olava, de Anno 1234.

In Nomine Domini Amen. Nos Henricus Dei gratia
Dux Silesie et Cracovie. Notum facimus universis
quod pie devotionis affectu ac etiam eterne vite premia
summo opere nobis conquirere cupientes, Domui et Con-
ventui Beate Virginis Mariae in Czarnowans molendi-
num subter in Olava contulimus, ipsius Domus et Con-
ventus usibus in sempiternum profecturum. Ut autem
haec nostra donatio in omnibus post-futuris temporibus
firmiter stabilita inoblabilis perseveret, presenti eam
inserentes documento sigilli nostri Corroboravimus im-
pressione. Actum in Czarnowans nobis de Cracovia
redeuntibus. Anno ab Incarnatione Domini 1234.
Episcopo Thoma Wratistaviensi Ecclesiam gubernante.

L. S.

